



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Indvstriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam**

**Gianotti, Alfonso**

**Ingolstadii, 1658**

Industria XI. Commendat & docet modum serio se Applicandi, dum  
peraguntur Exercitia spiritualia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

Beatissimæ Virginis Matris  
 tuæ, te adoro & amo, &c. Vi-  
 dens mulierem aliquam (quam  
 tamen ex proposito & curiositate  
 non oportet aspicerè) cor tuum ad  
 Mariam eleva, & dic: Ave  
 MARIA gratiâ plena, ora pro  
 nobis sancta Dei genitrix; &  
 hic erit commodus modus preven-  
 niendi, & in principio statim vin-  
 cendi tentationes sensuales.

### INDUSTRIA XI.

Seriæ Applicationis sui in  
 exercitijs spiritualibus.

**V**ndecima est, inter orandum  
 meditandum, legendum &  
 tempore sumenda S. Eucharistiæ  
 aliorumque spiritualium exerciti-  
 rum.

rum, que instituis cum Patre tuo,  
 DEO presente, vel sanctissimâ  
 Virgine, vel ut Matre tuâ, totâ ad-  
 te observandam audiendûmq; in-  
 tentâ, vel cum sanctis, maximè  
 Angelo tuo custode, eâ animi te-  
 neritudine, eâ mentis applicatione,  
 & variorum affectuum (prout sci-  
 licet prasens materia, & S. spiri-  
 tûs impulsus exigent) devotione  
 conversari, qualem dilectus filius  
 cum patre aut matre presente, aut  
 amicus fidelis & frater cum alio  
 conversans prasferre solet.

COLLOQVIUM XI.

**D**omine, Charitas tua in-  
 finita voluit cœlestis au-  
 la negotia, & Beatorû Civium

16 actio-

actiones in Sanctâ quoque Ec-  
clesiâ tuâ exerceri, ut ijs, quo  
possemus meliori modo, & ad  
tui Sanctorumque tuorum  
imitationem perficiendis in-  
tenti, evaderemus (etiam an-  
tequàm cœlum ingrederemur)  
semibeati: & tamen nos insen-  
sati propriâ nostrâ culpâ et  
istis sanctis actionibus proac-  
cendendæ nobis alio quàm  
charitatis igne materiam pa-  
ramus.

In meditationibus, & ora-  
tionibus anima familiariter  
agit tecum benignissimo Deo  
meo; inter legendum verò spi-  
ritualia, tu cum anima collo-  
queris, doctrinâ ad Spiritus  
profe-

profectum, ad Cœlum ducen-  
te illam imbuens. Per Augu-  
stissimum Altaris Sacramen-  
tum te ipsum cum anima mira-  
bili unione coniungis, dando  
tuum corpus, sanguinē & ani-  
mam, ut anima nostra tota ti-  
bi donetur, & uniatur per ve-  
rum amorem, & omnium illa-  
rum rerum, quæ tu **DEVS** meus  
non es, nec ad te ducunt, con-  
temptum & fugam. Per usum  
etiam aliorum Sacramento-  
rum potissimam tuarum gra-  
tiarum partem in animam no-  
stram effundis, illam ad te at-  
trahendi causâ.

Sed (ô me miserum!) **DEUS**  
& Domine mi, in tantâ thesau-  
rorum

rorum spiritualium abundantia quam inops remansit propria mea negligentia? quam densa glacie constrictus in medio istarum flammaram? Nec mirum; non adverteram scilicet, Te presentem sanctorum eiusmodi exercitiorum spectatorem, apertis semper oculis actiones & intentiones nostras considerare, Te, attentam semper aure & animo, oris ac cordis nostri verba percipere.

Peccavi, mi Deus, peccavi, errorem fateor, offerens, in signum detestationis & satisfactionis loco, arctiores illas, quibus tibi conjunguntur & atenuum devincti erunt chariores electi

Electi tui, gratiæ, charitatis & gloriae Uniones.

Video, in Sanctis eiusmodi exercitijs oportere me totum in te DEO meo præsentem absorptum esse; & licet in terrâ existentem, tam remorum tamen mente & affectu à rebus terrenis tecum commorari, quàm remoti sunt in cælo Beati, toti in te contemplando ac amando defixi, Mundi & sui ipsorum penitus obliti.

Vnicè curabo, mi Pater immense, conversari tecum tanquam filius, qui vel de nocte, vel cæcus loquitur cum suo patre; loquar cum Sanctissimâ Virgine, tanquam cum matre dilectis.

dilectissimâ, cum Patronis mecum  
 agam tanquam cum fratribus  
 meis natu maioribus; & cum  
 Angelo meo custode, tanquam  
 discipulus cum Magistro dilectis  
 cto; qui omnes possunt, sciunt  
 & volunt adjuvare me; imple  
 trent ergo mihi à te omnis bonitatis  
 ni fonte gratiam, sicut rogo  
 spero. Amen.

### PAR XIS PER DIEM

**A** *S*ſæſce ad initium exercituum  
 rum tuorum ſpiritualium  
 meminiffe, te, cum **D E O** tuo  
 verſantem, non colloqui aut  
 verſari cum **I**dolis Gentilium,  
 nec vident, nec audiunt, ſed  
 vivum te præſentem habere,

nis me  
 ratrib  
 & cum  
 nqua  
 o dil  
 sciam  
 imp  
 nis b  
 rogo  
 DIE  
 exerci  
 salim  
 t no co  
 unt co  
 um, p  
 ed De  
 re, r  
 cur

um infinitâ suâ Maiestate &  
 Charitate attentissimum, ut illam  
 (Maiestatem scilicet) timeas ac  
 reverearis, in Charitate verò con-  
 fidas. Memineris Beatissimam  
 Virginem & sanctos cœli cives,  
 licet oculis corporeis tibi non visos,  
 intentos tamen stare ad te respici-  
 endum & audiendum quotiescun-  
 que auxiliij impetrandi gratia ad  
 illos reeures, illòs q̄ invocabis.

In tuis precibus conjunge cum  
 externâ verborum prolatione in-  
 tellectûs attentionem, voluntatisq̄  
 DEO presentî Patri placere in-  
 ipientis affectum, alioquin oratio  
 tua reipsâ distractio erit, & quod  
 virtutis nomen emereri debebat,  
 peccati labem contrahet. Quod  
 ad

ad locum attinet, facienda est oratio in separato, à consortio hominum loco. Tempus verò congruum erit matutinū aut vespertinum. Modus in ea servandus optimus erit si lentè fiat; ut constans sit, necesse est eam singulis diebus perseveranter insituere; fructuosa etiam quantum attinet ad eruendos affectus & proposita quaedam post orationem executioni mandanda; hæc omnia ab initio orationis Dominum DEVM rogabis, ut concedere dignetur, in fine verò veniæ petes commissorum defectuum, Deniq; ob acceptas ab eo gratias te gratum exhibebis.